

TRACTATVS  
DE DIFFERENTIIS  
ET CONCORDIIS  
VTRIVSQUE FORI.

ET MISCELLANEA QVÆSTIONVM, ET OBSERVATIONVM:

ad Ioannem Valerum ciudem materiæ, & Tractatus Interpretem, cuius differentiæ plures examinantur, simul, & Diana, Ioannis Sancij, & Ioannis Escobaris, Ioannis de Molina, & Ioannis Parladorij, & aliorum Neotericorum sententiæ, & ad meliorem concentum reducuntur per unum Michaëlem super quinque Ioannes.

OPVS SANCTIVTRIVS QVE FORI PERITIA, SI NON ABSOLUTISSIMA  
neque per celebre, fortassis tamen aliquantulum utile & necessarium ad plura dubia  
et dubio præstissimum fori conscientia apprime intelligenda & practicanda.

AUCTORE LICENTIATO

D. MICHAELE FERRO MANRIQVE

IURIS VTRIVSQUE ET VTRIVSQUE FORI PROFESSORE.

Olim Visitatore, & Vicario Generali Talaveræ eiusque distritus, & in Montibus Toletanis pro Serenissimo Ferdinando Hispaniarum Infante, & Archiepiscopatus Toletani administratore, nunc per concursum Toletan. Parocho proprio in insigni Beneficio de Garuia, & aliorum Jocorum Toletanæ Diœcesis, & Capellano honoratio Catholice Majestatis Protonotarioque Apostolico Pontificie sanctitatis: in pluribus functionibus, tam causarum Parochinij in Curia Matrii, & Iudicaturæ Apostolicæ, quam Iudicaturæ Ordinariæ in variis locis per plures annos versato & adscripto. SALMANTICENSES, & COMPLVTENSIS Academiarum filio, & Magnorum ibi Magistrorum alumno & discipulo sed ad Magisterij culmen & scriptorum locum obtainendum, parum per id, quod in Gymnasio circumfertur, & multo magis, per priuata & continua studia, & publicam praxim, maximè in Aduocatione gravi & Iudicatura, aut Prælatione publica & Pastorali, deuenientur.

NUNC PRIMUM IN LVCEM PRODIT.



LVGDVN.

Sumpt. HIERONYMI DE LA GARDE, & IOANNIS GIRIN,

M. D. C. LVIJ.



DEO OPTIMO MAXIMO DICATVM OPVS  
ET VT LEGENTES ILLVD, DE EO BENE,  
DIGANT, BENEDICTIONIS SVÆ GRATIAM,  
IN IPSVM INFUNDAT, HVMILITER  
SVPLICATVM.

Post talem dedicatoriam diuinæ Maiestati factam, vel aliæ personæ illius Deitatis participi, utpote eius Matii excellentiæ simæ Mariæ Virginis, nefas est, patrocinium humanum simul postulare, & ad pedes humanos, siue Regis, siue eius supremi Ministri, librum prouoluere, & compendio peruenire, sic loquitur Escobar, in suo libro de utroque foro, & consequenter, post pedes diuinos Deiparæ Mariæ, quibus liberum consecrat, ad pedes humanos eundem librum de utroque foro prouoluunt, & compendio peruenit, *quaenam participatione iustitia cum iniquitate, aut que societas luci ad tenebras?* ut aiebat Apostolus Paulus ad Corinth. cap.6. & retuli in præfatione ad Lectorem in part. qq. moral. vbi etiam addidi verba Ioannis Parladorij, quotid. qq. quæst. 18. §. 1. num. 2. ibi, Quid est omnino, vel in cœlestibus, nedum in his caducis futilibusque rebus, quod illi Principi Deo omnipotenti, & ineffabili ullo unquam modo comparari, aut conferri queat, &c. & idem dicendum venit de comparatione, aut collatione, de humano, caduco, aut futili patrocinio, cum diuino prædictæ Deiparæ Mariæ, quam cum Deitatis celitudine prædictus Escobar extollit in sua Epistola, unde talis Deitatis, non natura, sed gratia, celitudo, alium socium patrocinantem supportare non valet, ex cuius adiectione, illi Deitatis celitudini, detrahitur, & contristatur.



## AD LECTOREM.

**D**IXIT Baldus (humanissime Lector) in l. precibus C. de impuber. et alii substat. col. 5. versiculis modo contra num 33. quod quasi ferro viam aperit, qui per contraria transit, et in Sacra Scriptura, Proverb. cap. 27. etiam scribitur, quod ferrum ferro excacuitur, ex quo conatus sum, tanquam ferro, viam, illo, veritatis aperire per contraria dicta Doctorum transverso, et illorum ferrum alio ferro excavendo, non tumoris, seu superbiae causa tumidus, nec dispeccus aliorum scriptorum febris maculatus: sed dum taxat, illa veritatis via est ferri executione in sensentius eligendis delectatus, hanc in opusculis meis persequor secundum, si quomodo comprehendam illam viam, ut utrique Republicae fructum aliquem impetrare dignus sim, sed non semper fasciculus, nec opusculum: nam praesens non parvum est, et quamvis esset, exiguitas mea talis est, ut pusillum scribendi gradum attrinsecere contenta sit, nisi dicam, pusillum etiam esse, vel multo minus, rescribere, et iam scriptum collectari, sine fructu, immo cum Lectorum radio, parum ergo fructuosum et delectabile, hoc est, quod animum delectat et fructum assert, et spiritualiter et temporalis gaudij, quasi duplice esca Lector impinguetur: ceteri autem libri de inculcandis et examinandis aliquorum opinioribus agunt, nil vero in idem recidit, cum discriminibus, vel concordis inter verumque forum, minus plenè et recte a Valero, et aliis digestis, multa igitur eorum discrimina, vel concordie, nouum spiritum, iuxta eandem veritatis viam, et ferri executionem recuperant, simul et aliorum opiniones ad forum conscientie pertinentes: unde qui subtiliter factum emendat, laudabilior est eo qui primus inuenit, I. C. de veteri iure encl. igitur animo bencuolo opus hoc suscipe, et de tuis manibus letum est non traslans recedat, Vale.

libro docto , y trata questiones muy practicas y con mucha erudicion  
su Autor, y merece se le despache el Priviliegio que pide. En Madrid 10.de  
enero de 1641. años.

L<sup>o</sup> D<sup>o</sup> N<sup>o</sup> ESTEVAN DE PEROLA ESPINOLA.

*Summa del Priviliegio.*

Concediose Priviliegio al L<sup>o</sup> D<sup>o</sup> N<sup>o</sup> Miguel Ferro Manrique , y licen-  
cia por diez años para que pueda imprimir este libro , en 13. de he-  
nero 1641.

*Licentia Ordinarij.*

VIIlis per nos approbationibus , & licentia mandandi typis prefatam  
*Tractatum de Differentiis & Concordiis viriusque fori* , facultatem faci-  
mus HIERONYMO DE LA GARDE , & IOANNI GIRIN , huius  
Ciuitatis Bibliopolis nos quoque, illum dare in publicum ad communem  
utilitatem. Lugduni die 4.Nouembris 1656.

DEVILLE, Vic. Gen. Subst.

*Consentement du Procureur des Roy.*

VEY les Approbations cy-dessus , ic n'empesche que le Libre Institut<sup>o</sup>  
*Tractatus de Differentiis viriusque fori* , soit imprimé & mis en lumiere  
par HIEROSME DE LA GARDE , & JEAN GIRIN , Libraires de  
cette Ville , avec defences en tel cas requises , & accoustumées. Fait ce  
huitiesme Nouembre 1656.

VINCENT DE PAXETTES.

*P E R M I S S I O N.*

SOIT fait suivant les Conclusions du Procureur du Roy , avec les defen-  
ses y portées . Fait les iour & an susdits par Nous Conseiller du Roy ,  
& plus ancien Magistrat en la Seneschautise & Siege Presidial de Lyon.

MELLIER.

ELENCHUS



D. MICHAELIS  
FERRO MANRIQUE  
TRACTATUS  
De Differentiis, & Concordiis  
variusque Fori.

P R A E F A T I O.

**I**N tractatibus librorum frequenter apponuntur preludia, & preambula, quibus regulæ scotium annotantur, ut postea illas in questionibus repetere non sit necesse, sed hic stylus non generalis est, plures namque in quamplurimis tractatibus omisissu inuenietur, tam in generalibus DD. quam in aliis, & speciatim in multis à Diana impressis sine illis regulis, & prefationibus, sed in qualibet questione eas cum doctrinis ministrando, quod in praesenti tractatu opportunitus erat, cum sit accessorium ad Valeri, & Joannis Escobaris tractatus in quibus ille stylus sicut obseruatus: unde ex his motius omitti poterant in praesenti speciales regularum descriptiones, eas in unaquaque questione resuando, & colligendo, vt Lector commodius sine remissione ad prefationem ipsius valeat perlegere, & approbare, nec omissionis defectum notare, aut culpam arguere potuisse, & si notasset, vel argueret, in praesenti prefatione responsum accepisset. Sed quia nulla res est, qua contradictioni obnoxia non maneat, cum omnis diffinitio periculosa sit, ideo eandem contradictionem excludendo adiiciuntur aliqua preambula in modum sequentia.

PRÆAMBULA GENERALIA  
ad Tractatum.

S V M M A R I U M.

- 1 *Differentia iustitiae Valeri, & dicta Joannis Sancti & Joannis Escobaris non redargunt pro veris relinquentur.*
- 2 *Foris exterior, & interior qualis sit.*
- 3 *Omnis leges iusta, & recte promulgata, & recepta, que super verro, & fixo diffiniuntur, obligant in utroque foro.*
- 4 *Priuilegia iuriis ius faciunt in utroque foro.*
- 5 *Ex illis & illorum regula praeveniunt concordia variusque fori.*
- 6 *Omnis leges, que nuntiant presumptionem,*

*filiione, aut incertitudine evanescunt in foro conscientia comparsa ibi veritate.*

- 7 *Ab eadem regula diuantur differentia variusque fori.*
- 8 *Obligatio legis cessat in causa particulari, si in eo cesseret causa ratio, quamvis legis obligatio maneat in communii, & hoc in foro conscientia & declaratur dupliciter.*
- 9 *Contrario fundamento Escobaris responderet.*
- 10 *Leges penales non obligant in conscientia aut sententiam declaratoriam, & declaratur variis modis.*
- 11 *Contractus iuritus per legem aut sustineatur in foro conscientia, & quid in foro fori.*
- 12 *Obligatio naturalis, ita ex contractu qualiter liget in uno, aut altero foro.*
- 13 *Portentia conscientiaris qualis sit in utroque foro.*